

net, denuo non semel iteratam, saltem mihi-  
metipsi comprobasse videor; meque omnino  
persuasum habeo, cuniculi, canis, felis, arte-  
rias venasve fuisse a peritissimo anatomico  
haud unquam magis perspicue observatas,  
quam mihi vasa in semine virili, ope perspi-  
cilli, in confectum venire.

“ Cum mihi prædicta vasa primum inno-  
tuere, statim etiam pituitam, tum & salivam  
perspicillo applicavi; verum hic minime ex-  
istentia animalia frustra quæsivi.

“ A cuniculorum coitu lymphæ spermaticæ  
guttulam, unam et alteram, e femella exstil-  
lantem, examini subjeci, ubi animalia prædic-  
torum similia, sed longe pauciora, compa-  
ruere. Globuli item quam plurimi, pleri-  
que magnitudine animalium, iisdem permisti  
sunt.

“ Horum animalium aliquot etiam delineationes  
transmisi, figura *a* (*plate 3.*) exprimit  
eorum aliquot vivum (in semine cuniculi arbi-  
tror) eaque forma qua videbatur, dum aspici-  
entem me versus tendit. A B C, capitulum  
cum trunco indicant; C D, ejusdem caudam,  
quam pariter ut suam anguilla inter natandum  
vibrat. Horum millena millia, quantum con-  
jectare est, arenulæ majoris molem vix supe-  
rant,